sit indultum quod interdici suspendi vel excoi
cari non possint per litteras apostolicas non facien
tes plenam et expressam ac de verbo ad ver
bum de indulto huius mentionem. Datum
Avinion. x. kl. Julii anno. xvi. Mediolan.
Clero Civitatis et dioc. ac com. et populo eius

Licet dum Civitatis et districtus Mediol.
Roman. mater ecclesia filiorum quorum
salutem solicitudine studiosa prosequitur
culpas et excessus corrigere satagat crimine
sepius provocata eos tamen cum relictis
penitus culpis et excessibus ad ipsam eius
contritis et humiliatis cordibus repetunt
benigne recipere et materna pietate confovere
consuevit interdum spe concepta de illis quod
matris ipsius benignitatem et gratiam gra
titudine debita cognoscentes erga eam fi
deliores et devotiores reperientur post lapsum.
Sane dilecti filii Guidolus de Calice noster
filii cleri et Johannes de Poncarolo cives
Mediolanen. noster filii com. ac populi Sindici
procuratores et nuncii ad nostram accedentes
presentiam die date presentium in nostra et
fratrum nostrorum presentia in nostro consistorio
constituti prelatorum et aliorum multorum fideli
um multitudine copiosa presente sinis si
dicantibus per quos eosdem procuratores si
dicos et nuncios ad omnia et singula infra
scripta dicendi proponendi recognoscendi et
confitendi petendi gerendi faciendi et re
cipiendi mandatum a nobis sufficiens et
potestatem habere plenariam constitit evidente
ter exhibitis proposuerunt et confessi fuerunt
ac petierunt nostris nominibus que sequuntur.
Coram nobis sanctissimo in Christo patre ac domino
domino Johanne divina providentia sacrosancte
Roman. ac universalis ecclesie summo pontifi
ce ac eiusdem ecclesie reverendorum patrum domino
rum Card. sacro collegio. Nos devoti Si
dici et Ambaxiatores cleri populi et Coitatis
Mediolanen. pro ipsis clero populo et Coitate
et singularibus personis ipsorum dicimus et proponimus infrascripta.
In primis quod clerus populus et Coitas predicta
et singulares persone ipsorum ab eo tempore et
citra continue quo vestra sanctissime pater ad
apostolatum assumptio apud ipsos extitit di

vulgata firmiter crediderunt et credunt
vos dominum Johannem fuisse et esse predicte
ecclesie verum et unicum summum ponti
ficem et in terris Christi vicarium et apud nos
fuisse et esse apostolicum auctorem. Item cum
S. V. contra Ludovicum de Bavaria qui
se primo Regem et deinde Imperatorem
Roman. nominavit processit et ipsum repro
bavit ac eidem ut tali obediri vel ipsum
pro tali haberi sive nominari ante ingressum dicti
L. in Civitatem vel dioc. seu districtum Me
diolanen. duxit prohibendum non credi
derunt clerus vel populus et Coitas antedicti
nec singulares ipsorum persone huius temporibus quibus
idem L. dioc. districtum et Civitatem Me
diolanen. intravit vel quibus moram traxit
in eis aut quibus fuit absens ab ipsis ei
ut Regi Roman. fore obediendum aut
favendum vel ipsum pro Rege Roman. haben
dum aut nominandum. Item cum dictus L.
post processus reprobationem et prohibitionem
predictas et nonnullos alios processus etiam per
V. S. factos contra ipsum se coronari sive co
nsecrari in Imperatorem Roman. fecerit
et Roman. Imperium invaserit non credide
runt nec credunt eundem L. fore verum
Imperatorem Roman. aut ipsi ut tali obedi
endum vel favendum aut ipsum pro Roman.
Imperatore habendum seu nominandum. Item
non crediderunt unquam neque credunt fratrem
Petrum de Corbario qui beati Petri sedem
invasit et se papam falso nominavit fuisse
vel esse Roman. pontificem seu papam aut
ipsi ut Roman. pontifici seu papae fore ali
qualiter obediendum vel favendum aut ipsum
pro Roman. pontifice habendum seu nominandum.
Item non crediderunt nec credunt ordina
tos in Epos vel Card. vel promotos ad aliquas
alias dignitates ecclesiasticas vel ordines a
liquos aut legationis officium vel aliqua
officia sive beneficia quocumque nomine censean
tur per fratrem P. predictum vel alium pretextu
alicuius commissionis ipsius fore veros
Epos aut veros Card. vel verum promo
tionem aut verum legationis officium si
ve verum titulum in dignitatibus vel bene